

Seria Secunda

Ps. xxxvii.

Domine ne in furore tuo arguas
 me: neq; in ira tua corripas me.
Quoniam sagitte tue infixę sunt mihi:
 et confirmasti super me manum tuam.
Non est sanitas in carne mea a facie ire
 tue: non est pax ossibus meis a facie pec
 catorum meorum. **Q**uoniam iniquita
 tes mee supergressę sunt caput meum:
 et sicut onus graue grauate sunt super
 me. **P**utruerunt et corruptę sunt cicā
 trices mee: a facie insipientie mee. **M**i
 ser factus sum et curuatus sum usq; in
 finem: tota die contristatus ingredie
 bar. **Q**uoniam lumbi mei impleti sunt
 illusionibus: et non est sanitas in car
 ne mea. **A**fflictus sum et humiliatus
 sum nimis: rugiebam a gemitu cordis
 mei. **D**ñe ante te omne desiderium meum:
 et gemitus meus a te non est abscondi
 tus. **Q**uor meum conturbatum est. **D**e
 reliquit me virtus mea: et lumen oculo